



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 42. Scriptorum Religione Catholicorum Obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII.  
A.C. 1636.

§. XLII.

*Scriptorum Religione Catholicorum  
obitus.*

Non pauci ex Scriptoribus Catholicis Witte Diar.  
 hoc anno vitam cum calamo po- Andr. Bibl.  
 fuere, quos inter tamen nonnisi cele- Belg.  
 briores recensemus, ac primo quidem Du Pin Bibl.  
 Lovani decessit Andreas Vallensis præ- Siecl. XVII.  
 dictus primo Duaci, postea Lovanii  
 jurisprudentiae Professor ac Doctor,  
 qui tractatum de beneficiis Ecclesiasti-  
 cis, necnon Paratitla Decretalium  
 Gregorii IX. præter alia posteris reli-  
 quit. II. Philippus Ruiz de Corral  
 edidit tractatum de cultu & veneratio-  
 ne Ecclesiae, præter conciones in India  
 habitas. III. Regnerus Mercator S.  
 Theologiae Licentiatus scripsit examen  
 veri Catholici, & Colyrium contra  
 Dionyrium Spranhuyzen Delfstensem  
 Prædicantem. IV. Sebastianus Ten-  
 gaegelius, qui Ferdinando II. a con-  
 illis & Bibliotheca, monumenta veter-  
 num pro Gregorio VII. aliisque Pontifi-  
 cibus elucubrabat. V. Joannes Tho-  
 mas Giliolus Perusinus Doctor, qui  
 præter plurimas orationes, scripsit pro-  
 pugnaculum naturalis inclinationis a-  
 nimæ separatae ad corpus, & reunio-  
 nem. VI. Jacobus Tirinus Jesuita, qui  
*Hist. Eccles. Tom. LX.* I com-

Sæc. XVII. commentarium in universam Scripturam tribus tomis edidit, in hoc potissimum celebrandus, quod textus juxta communem Patrum & Expositorum interpretationem integra fide exponens, diligentissime cuncta ad chronologice calculos reduxerit, variorumque argumentorum Indices addiderit. VII. Jacobus Gaulterius ex eadem Societate, qui tabulam Chronologicam status Ecclesiæ Catholicæ usque ad annum 1614. edidit præter anatomiam Calvinismi & Indicem controversiarum. VIII. Joannes Arnulphus, itidem Jesuita, cuius fata jam supra recensuimus; scriptus autem ex Franciæ Regis mandato collationem Bibliorum cum articulis Calvinistarum, tractatus de immortalitate animæ, & de justificatione, necnon Confessionem fidei Ministrorum falsitatis convictam. IX. Cosmas Morelles ex Ord. FF. Præd. qui ab Hispanis, eoque Philippi Christophori Electoris Trevirensis capti Emissarius atque explorator crederetur, captus in arce Gandavensi die decima octava Februarii obiit. Edidit acta colloquiorum, quæ tum Francoforti, tum Bredæ contra Calvinistas habuit, adjecitque postea refutationem responsionis adversariorum: novam quoque concinnabat D. Thomæ operum editionem. X. Joannes

*Vide supra*  
Tom. 57.  
p. 113. & 302.

nes a S. Samsoni Carmelita, qui, licet s. c. XVII.  
a nono ætatis anno cæcus esset, vi- A.C. 1636.  
ginti tamen duos tractatus Asceticos  
duobus tomis majoribus comprehensos  
dictabat, quibus celeberrimus Bossuetus  
Meldensis Episcopus non semel in  
fuis de Quietismo libris usus erat.  
Obiit Rhedonis die decima quarta Se-  
ptembris divinis revelationibus saepe  
elevatus, nunquam elatus, miraculis  
celebris, humilitate autem celebrior.  
XI. Aloysius Cerchiarius Clericus Re-  
gularis Congregationis Somaschæ edi-  
dit Ordinis sui Historiam, Patrum e-  
logia, & triumphum pietatis de S. Ivo-  
ne pauperum Advocato.

### §. XLIII.

#### *Scriptores Acatholici hoc anno defuncti.*

Vix alicuius nominis Ecclesiasticos ex *Freher.*  
Protestantibus Scriptores reperies, *Theatr. B-*  
qui hoc anno obiissent: hos inter ta- *rud. p. 461.*  
men, tanquam lusci inter cæcos emi-  
nuere. I. Balthasar Fuhrmannus, qui  
de remoris sinceræ pietatis tractatum,  
necnon Canones de Iustificatione, &  
everionem Sanctitatis Ecclesiae Roma-  
no-Catholicæ, præter conciones Ju-  
bilæas confarcinavit. II. Bernardus  
Albrecht Augustanus Præco, qui, uti  
I. 2. memo-